RosDok Rostocker Dokumentenserver

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**De Providentia Pvblica, Circa Sylvas Et Arbores Omnis Generis: Maxime De Ivre Mecklenbvrgico**

## Dissertatio Prior :

Rostochii: Litteris Adlerianis, [1759]

**http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002514525**

Band (Druck) Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

RU jurist. 28.Aug.1759
Mantzel, Ern. Joh. Frid.
/c

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002514525/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002514525/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002514525/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002514525/phys_0004
DFG

# DE PROVIDENTIA PVBLICA, CIRCA SYLVAS ET ARBORES OMNIS GENERIS: MAXIME DE IVRE MECKLENBVRGICO: DISSERTATIO PRIOR:

QVAM,
DEO T. O. M. CLEMENTISSIME ANNVENTE,
ET
CONSENTIENTE AMPLISSIMO ICTORVM ORDINE,
PRAESIDE,

DN. ERN. IO. FRIED. Mantzeln,
I. V. ET PHIL. D., SEREN. DVCIS REGN. MECKL. CONSIL. ET PANDECT. PROF. P. O. TOTIVS ACAD. ET FACVLT. IVRID. SENIORE,
STVDIORVM SVORVM PROMOTORE AESTVMATISSIMO:
IN ACADEMIA PATRIA,
ANNO MDCCLIX. DIE XXIIX. MENSIS AVGVSTI,
H. L. Q. C.
PLACIDO EXAMINI SVBMITTET,
IO. GOTTLIEB Burchard,
ROSTOCHIENSIS.
I. V. C.

ROSTOCHII,
LITTERIS ADLERIANIS.

45
1759

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002514525/phys_0005
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002514525/phys_0006
DFG

J. J.
DISSERTATIO,
DE
# PROVIDENTIA PVBLICA,
## CIRCA SYLVAS ET OMNIS GENERIS ARBORES,
MAXIME,
## DE IVRE MECKLENBVRGICO.

§. I.

Inter tot innumera Dei omnipotentis beneficia, de perfectione creationis, mundi hujus optimi, teſtantur ſylvae et arbores. Hiſtoria originis, totius univerſi, habet Geneſ. I. v. 11. et 12. hæc illuſtria commata: und GOtt ſprach: es laſſe die Erde aufgehen — — fruchtbare Bäume, da ein jeglicher, nach ſeiner Art, Frucht trage, und habe ſeinen eigenen Samen bey ihm ſelbſt auf Erden. Und es geſchach alſo, und die Erde ließ aufgehen — — Bäume, die da Früchte trugen, und ihren eigenen Samen bey ſich ſelbſt hatten, ein jeglicher nach ſeiner Art. Und GOtt ſahe, daß es gut war. Item v. 29. Und GOtt ſprach: Sehet da, ich habe euch gegeben allerley fruchtbare Bäume und



Universitäts Bibliothek Rostock http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002514525/phys_0007 DFG

Bäume, die ſich beſamen, zu eurer Speiſe. Addantur, ex Cap. II. v. 5. et 9. qua verba: Und allerley Bäume, auf dem Felde, die zuvor nie geweſt waren, auf Erden. Und GOtt der HErr ließ aufwachſen, aus der Erden, allerley Bäume, luſtig anzuſehen und gut zu eſſen,

## §. II.

Lignum omnino referendum ad annonam, quam recte definivit GOTHOFR. *ad rubr. tit. C. de annona*, per ea, quibus vitam toleramus. *Add.* STRVVIVS, STRYCKIVS, aliique de annona ſpeciales ſcriptores, *item Dn. D.* WENDT *anno* 1757. *hab. diſſ. inaug. ſub hoc eodem praeſidio, de S. R. I. Principum dominio eminenti ejusque applicatione ad annonam, in praefatione.*

## §. III.

Quomodo differant ſylvæ, quarum notio eſt generalis, qua ſpecies, lucorum, ſaltuum, nemorum, cæduorum, glandariorum, &c. late perſequitur *G. C.* LEISER, *in Jure Georgico, Lib. III. cap. XI. n. 1. ſqq.* Idem, ad vocem Forſt, unde foreſtum latinum, ibidem ex veterum Legibus et Capitularibus atque Gloſſariis abunde commentatus eſt. Tribus: Forſt latum nemus eſt, ſine clauſura et Ius foreſti eſt totum integrale, jus venandi, lignandi, paſcendi &c. comprehendens. Dabile enim foret, unam ſyivam habere quinque, ad eam, diverſo reſpectu competentes. Character eines Förſters non eſt in poteſtate cujusvis, qui conſtituere poteſt einen Jäger & Holtz-Wärter. Cogitetur de conceptu einer Heyde. *Leg.* KNIPSCHILD *de Civit. Imp. Lib. II. C. 7. n.* 107. *ſ.* ubi de jure ſylvatico. *Add.* SCHOEPFFER *de jure Princ. circa adeſpota, Roſt.* 1705. *Cap. II. n.* 43. *ſ. it. n.* 63. *ſ.* allegans, *Rhetium*, *Reinkingium*, *Klockium*, *Beſoldum & Meureri* Forſt- und Jagd-Recht, item *Grotium.* Quid Wildniß, quid Wüſteney, ibidem et alibi exponitur.

## §. IV.

Uſus arborum et ligni eſt evidenter multiplex et ſumme neceſſarius, ſive reſpexerimus ædificia, naves, molendina,

vaſa,

vaſa, res ruſticas, opificum multorum effecta; ſive cogitaverimus de munimentis, adverſus inundationes, culinis, furnis, fornacibus atque caminis et de multis aliis œconomicis conſiliis. Carbonibus etiam carere nequeunt res opificiariæ atque œconomicæ vulgares.

§. V.

Dantur tamen & ſpecies ſubſidiariæ, quales ſunt ceſpites uſtiles, der Torf & lithantraces, die Steinkohlen, Qua ſpeciem priorem, receptio non eſt adeo antiqua. Qua patriam noſtram, novimus hiſtorice originem, ex programmatibus funebribus. E. gr. B. ICtus *Herm.* Lembcke ad funus I. B. Taddelii, filii Profeſſoris, utitur verbis: *Nicolai* Bergmanns, *ſalinarum in hac provincia & foſſilis uſtilisque ceſpitis quam vernacula lingua* Torf *nominamus, primi auctoris ac adinventoris.* Sermo eſt de filia viri memorabilis, quae anno 1654. proavia erat, in dicta inclyta familia. Idem, in ſubſtantia, legitur in junioribus. Conf. ſcriptores de Turfis, ex quibus plura dabit Geographiæ Meckl. pars etymologica, ad vocem: Dorf.

§. VI.

De lithantracibus diſſerunt, noſtro ævo, in oeconomicis excitatiori, Opera, Cameraliſtarum & Oeconomiæ ſcientificæ cultorum. De juribus lithantracum prodiit ſpecialis diſſertatio. Eſt illa, inter noſtras, ſed elapſa eſt nominis memoria. Pronuper auxit, bibliothecam concernentium, opuſculum, ſub rubro: *Memoire ſur l'exploration du charbon mineral, par Mſ. de* TILLY, *a Paris, in* 12. Ex provincia Angliæ, Northumbria, refert von Mörsperg, in Itinerario, man habe Mangel, an Holtz, haue aber Steinkohlen, aus einem Berge, welche, weit und breit, zu Waſſer und Lande, verführet würden; und es nähme ein Betler lieber ein Stück Stein-Kohlen, denn ein Stück Brod. In noſtra patria fabri, ferrari, alii, utuntur lithantracibus omnino multis Niſi omnia nos fallunt, audivimus, etiam in his terris inveniri poſſe eosdem. Sed incidit illud Taciti, ex Lib. de Mor. Germ. *quis ſcrutatus eſt? vid. noſtra diſſ. de creſſente pecunia.*

§. VII.

Felices ſunt provinciae, ad quas non ſpectat LIVII *Hiſtoria, Lib.* 38. ubi memorat provinciam ἄξυλον, ubi ne quidem ſpinae, nec ullum aliud ignis naſcitur alimentum; unde incolæ fimo bubulo pro ligno utuntur. Idem, de Flandriæ plerisque & vicinis locis, cum GOEDDEO, *ad l.* 167. *de V. S.* refert BESOLDVS *in Theſ. V.* Holtz, ubi ætas quercuum ad tria ſæcula porrigitur. Cur tales nationes non transplantent, pro fundi ad alia bonitate, indagare non lubet, ne offendamus ullam, carentes experientia.

§. VIII.

Omnino igitur curæ cordique ſit Principibus & quibusvis patribusfamilias, providentia circa ſylvas, arbores fruticesque. Recte CICERO: *Qui rei publicæ præſunt, utilitatem civium ſic tueantur, ut, quicquid agunt ad illam referant, ut totum corpus Reip. curent, ne, dum partem aliquam tuentur, reliquas deſerant.* Singulorum etiam eſt patrumfamilias & prædiorum majorumque minorumque poſſeſſorum, utut hobam, vel hubam tantum, eine Hufe, a neceſſaria ſuſtentatione, Hauſes-Behuf, ita dictam, vel manſum, ein Bleiben und Aufenthalt, teneant, curare, ut habeatur copia arborum fruticumque, pro fundorum qualitate. Parvis parva ſufficiunt, majores ampliora requirunt; unde manſum nobilem, eine Ritter-Hufe, ex qnatuor hubis vulgaribus conſtare, ſtatuimus. *Vid. noſtra Selecta Iurid. Roſtoch. paſſim.* Comparcamus, ad exempla proavorum atavorumque. Devaſtare eſt facile. *Leg. diſſ. Struviana, de jure Sylvarum & arborum, ed. Ien.* 1656. Seratur, plantetur, etiam in gratiam poſteritatis, qualis & nos ipſi ſumus, grata merito mente prudentiam & providentiam agnoscentes. Recte Poeta:

*Inſere Daphne pyros, comedent ſua poma nepotes.*

Non placent dicteria: Meine Zeit dauret es ſchon: Laß die Nachkommen auch zuſehen, wie ſie etwas kriegen; utut verum ſit, corraſos theſauros ſæpe nocere filiis, degeneraturis.

§. IX.

Laude digniſſimi ſunt, qui cuſtodiunt & circumvallant propullulantes arbores, qui plantant quercusque fagosque abietesque: qui, quod majores noſtri non adeo attenderunt, plantant in campis, tot ſalices, quamvis dentur œconomi diſſentientes: qui faciunt ſcœpes vivas, lebendige Zäune, dummodo neutrum fiat in fundis ſaxoſis & arenoſis. Differunt fundi & Holſatia atque Megapolis ſunt diverſæ provinciæ.

§. X.

In antiquis chartis ejusmodi diſtrictus, ſylvatici præſertim, appellantur Indagines, unde tot hagen in patria alibique. Maneamus in vicinia. Habemus, ex diplomatibus, indaginem Ruperti, per depravationem, Rövershagen: indaginem Volquini, Volckenshagen; indaginem Monachorum, Mönckhagen. Verbum hegen, vel hägen, (quæ ſtructura vocis tamen, propter alium ſenſum evitari debebat;) ſignificat parcere, circumdare, ne perdatur. Audiantur rurales, quid velint per Hege-Wiſche, Hege-Braacke, in qua tamen & ſolent ruſtici ſe hägen, i. e. gaudia exercere; conf. verbum behagen. Sed coercendum eſt ingenium, ne inquiramus etiam in phraſin: keinen Verhag da und dort haben. Legatur, ſi placet, B. HILDEBRANDI, *ICt. Altorf. diſſ. de conſervatione ferarum nociva*, von ſchädlicher Hegung des Wilds, *hab.* 1709. p. 10. ſ. ubi de jure cingendi, ſepiendi, aut concludendi ſylvas, von der Gerechtigkeit des Hagens, oder einen Hag in das Holtz zuſchlagen. Addit ille autor: *quæ Haga a Hain nominata cenſetur Schiltero: Rectius tamen hoc negandum ducimus cum Wehnero, cum* jagen *non inferat* hagen *&c. Hinc a diverſis male infertur, cum diverſa ſint* jagen und hagen. Allegantur varii autores illuſtres, *Gylmann*, *Bidenbach*. *alii.*

§. XI.

Claudicat igitur, cum multis aliis, rythmicis praeſertim, porœmiis, vid. ex hac manu, Meckl. Intell. de 1743. n. 47. &

la: Wer darf jagen, darf hagen. *Vid.* HERT. *Lib. II. n.* 17. ubi etymologica concernentia varia & ſcriptores multi, falſitatem parœmiæ demonſtrantes, e. gr. MEVRER vom Forſt-Recht, *Part. I. tit. ſpec.* WEHNER, BESOLD., MINDANVS, COTHMANN, *alii.* Noviſſimus, de parœmiis, ex hoc anno, Scriptor, *Exc. Dn.* EISENHART, in denen Grundſätzen, der deutſchen Rechte, in Sprüchwörtern, *Sect. III. part. II. n.* 10. dicterii lubricitatem pariter allegavit. *Vid.* §. 2. *Idem Autor*, *Sect. dicta*, *part.* 2. *nr.* 3. regulam œconomicam: Das Holtz muß pfleglich gehalten werden, eleganter ex- & applicans. Placet excerpere verba: Das Holtz pfleglich halten, bedeutet nichts anders, als, nach denen Reglen, der Haushaltungskunſt und den Forſt-Ordnungen gemäß, das Holtz nützen. In denen Holtz- und Forſt-Ordnungen iſt denen Eigenthümern nicht erlaubt, nach ihren Gefallen, ſo viel Holtz, als ſie etwa wollen, ſchlagen zu laſſen, ſondern die Geſetze wollen, daß, um einen künftigen Holtz-Mangel vorzubeugen, forſtmäßig verfahren, werde. Es gilt dieſes Sprüchwort auch von einem Lehn-Manne, welcher, ob er gleich das nutzbare Eigenthum, von dem Lehn-Guht hat, dieſerwegen die zu demſelben gehörige Höltzungen nicht ausrotten darf. REINHARDT *de jure priv. circa ſylvas cæduas admodum reſtricto.* STRUV. *Syntagm. Iur. feud. Cap. VI.* §. 2. *n.* 2. Inferius plura. *Vid.* §. 296. des Landes-Vergleichs, elegans uſus vocis pfleglich.

## §. XII.

Iuvat volvere Leges, omnium cultarum nationum, quot queunt haberi, ad demonſtrandum curam, circa ſylvas & arbores. Romani ſylvis cuſtodiendis præficiebant Conſules, vel ex optimatibus, alios. Cicero luxurioſum vocat nepotem, qui ſylvas vendit. Leges, 9. 12. 18. *de uſufr.* jubent, arboribus, vel mortuis, vel dejectis, novas ſubſtituere. Germani conſtituebant Foreſtarios, Forſt-Meiſtere, ſive præpoſitos ſylvarum. Leges Longob. Capitularia, a Pipino, Franciæ Rege, per Carolum M. et reliquos, ſunt plena ejus providentiæ. Multæ ordinationes provinciarum jubent punire, negligentes plantare

tare arbores novas, varii generis, *vid.* SPEIDEL, v. Garten. LEISER *l. c. n.* 36. *ſ.* Macte! ne exſter prædictionis Melanchthonis implementum, dum dixit, tria aliquando mundo defutura, inter quæ ſunt ligna.

## §. XIII.

Illuſtriſſimum Capitulare Carolinum, legitur, cum voluptate. *art.* 36. *Ut Sylvæ*, ita conceptum, *& foreſtes noſtræ bene ſint cuſtoditæ, & ubi locus fuerit ad ſtirpandum, ſtirpare faciant & campos de ſilva increscere non faciant & ubi ſilvæ debent eſſe, non permittant nimis capulare atque damnare.* Studium oeconomicum, ex aliquo tempore, etiam ad eruditos & academicos Profeſſores docentes fuit delatum. Carolum nemo expoſuit. Liceat porro excerpere *art.* 46. *Ut lucos noſtros, quos vulgo brogilos vocant, & ad tempus ſemper emendent & nullatenus expectent, ut neceſſe ſit. a novo reædificare, ſimiliter faciant & de omni ædificio.* Per conſequentiam hæc ultima ordinatio, pariter ac cuſtodia ignis, ſpectat ad providentiam, qua ſylvas & arbores. *Conf.* DEINLIN, von der Feuer-Schaw. Sit corollare, quæſtio, quid per pulverem intelligatur *in cap.* 69. quod ita fluit: *De lupis omni tempore nobis annuntient, quantos unusquisque comprehenderit & ipſas pelles nobis præſentare faciant, & in menſe Majo illos lupellos perquirant & comprehendant, tam cum* PVLVERE *& hamis, quam cum foſſis & canibus.*

## §. XIV.

Sed, in viam iterum. Sylvæ diſtinguuntur in cæduas & non-cæduas, ſive inciduas. Recte! arbores non-cæduæ ſunt partes fundi; verum, quæ de limitibus cantantur, per & *ad leges,* 10. 30. *ff. de V. S.* ſtateram tranſiliunt. Nobis character eſt ille, quod cæduæ arbores ſint, quæ, cum ſuccisæ, rurſus ex ſtirpibus atque radicibus, ad priſtinam formam, renaſcuntur; videantur ſalices, alni, betulæ &c. Ita et alii; ſed prodentes, quod ſint eruditi intra parietes, rei ruſticæ autem non bene periti. Referunt et quercus, cum aliis, plane diverſis, in cenſum cæduarum. *Leg. omnino D. E.* RODIGII *diſſ. de jure reſtricto circa ſylvas, hab. Erf.* 1732. Proteſtamur tamen contra reciprocationem;

Dantur

Dantur enim forte minus nobilia arbuſta, quæ tantum ex ſemine et non ex amputatis ſtirpibus prodeunt.

§. XV.

Alii putant, ſylvam non-cæduam comprehendere das Maſt Holtz & per illum complexum eſſe omne abſolutum. Verum, nec ita, vel affirmative, vel negative, ſentiendum erit. Omnis pomaſter atque pyraſter, imo et frutices avellanarum, aliorum, ferunt fructus, conſervationi & ſaginationi ferorum & manſuetorum animalium inſervientes, nequeunt tamen ad partes ſylvæ non-cæduæ referri. Contra abietes & fraxini non ferunt fructus comeſtibiles & tamen nos annumeramus illas ſylvæ non cæduæ. Præſtat, cum charactere dato. nempe ex ſtirpibus & radicibus non renaſci, feliciter conjungere notionem des Bau-Holtzes, adeo, ut pariter reſpiciatur diſtinctio, inter hart & weich Holtz. Abietes, fiat ocularis inſpectio, in ædificiis, navibus & aliis multas faciunt partes pariter ac fraxini. Sunt quaſi cedri Mecklenburgenſium, habent ſuas ſpecies, forte ſub claſſibus, derer Tannen und Fichten, comprehenſas. Durant propter piceas reſinasque qualitates in ſæcula. Videantur trabes & aliæ ædificiorum partes extantiores, a quibus pluvia, etiam quercubus nociva, arcetur. Tribus, abietum eſt pretioſus conceptus. *Vid. novus* KLÜVERVS *l. c.* p. 9. verbis: Zudem tragen die Tannen-Höltzungen ihre groſſe revenüen ein etc. Legatur idem autor p. 2. ad deſcriptionem Civitatis Friedland. Quod fagorum & fraxinorum dentur diverſæ ſpecies, norunt omnes oeconomi rurales: Pro certo etiam habetur, daß die Hagebüchen, welche denen Maybüchen entgegen geſetzet, und die zähen Eſchen (tage Eſchen noſtrates vocant) denen die ſo-genannten faulen Eſchen opponiret, nicht zum Hegeholtz gehören, quamvis, qua ſtipites, non ſint ſylvæ cæduæ. Qua ſtipites, inquam, nam de fagis, quæ ſunt Hagebüchen, conſtat, quod, per periodos temporum, pariter ac ſalices, per amputationes frondium tractentur. Expectentur inferius ordinationes & meditationes, de abietibus, quæ ſunt in problemate. Sylvam

præterea eſſe vel paſcuam, vel non, legimus, videmus. In nonnullis provinciæ partibus per vices cæduntur partes ſylvarum cæduarum. Noſtrates vocant, die Hawe & prohibetur paſſim in partibus, die geſchonet werden, per annos illos, paſcere pecora. Expectentur ſequentia ex LL. patriis.

§. XVI.

Abundabat olim noſtra provincia ſylvis & arboribus: nec hodie eſt, qua hanc ſpeciem annonæ, vaſta & inanis. Vera ſcripſit Autor, des Staats, derer Herzöge, von Mecklenburg, *Cap.* 9. §. 15. Des Landes Beſchaffenheit betreffend, iſt es durchgehends eben, oder mit kleinen anmuthigen Hügeln beſäet, dahero fruchtbar an Getreyde, Baum-Früchten und Vieh-Weyde, an Wildpret, Fiſchen und Geflügel. KLUVERUS, primus & alter, P. I. der Beſchreibung des Herzogthums Mecklenburg, *Cap.* 2. ex veteribus & novis ſcriptoribus laudant noſtras terras, ſpeciatim a copia ligni & excerptus legitur autor, gallici libri, *de la methode*, *pour etudier la Geographie*, prærogativam proventuum noſtræ patriæ adſcribens, verbis: *un des plus beaux & des meillieures pais*, *du Cercle*, *de Baſſe-Saxe.* Dimicavit Kluveri amplificator, cum extenuantibus, ex ſuis cauſis, qua paſſus, *p.* 4. §. 2. befinden ſich darin ꝛc. Scripſit terſe *p.* 6. §. 3. Es iſt aber hiebey zu mercken, daß der Autor etc. Vult legi ad finem Cap. 2. una cum cap. 3. von der Beſchaffenheit derer Felder, eandem analogiam ſervante.

§. XVII.

Diſtinctiones arborum, in *fructiferas* & *frugiferas*, excoluerunt alii. Quod porro ſint, vel majores, vel minores, ipſa natura & inductio docet. In materia uſusfructus vellunt ſibi frontes Doctores, qua hanc diſtinctionem, in puncto ſucciſionis, *vid. l.* 11. *ff. de uſufr.* Sed GAILIUS *IC. obſ.* 67. *n.* 8. proſternit omnes, per deſcriptionem, quæ recreſcere & in priſtinum ſtatum reſtitui non poſſunt. Rectiſſime etiam judicat, MINDANUS *Lib. II.* de *mandat. C.* 4. quod arbores juvenculæ, bonam ſpem de ſe præbentes, non minus ſacræ eſſe debeant, quam annoſæ & grandiores. Optime pergit LEISERUS *l. c.*

 *n.* 15.

*n.* 15., quod quædam arbores, quoad facultatem ſuccidendi, effugiant dominium privatorum & quaſi juris publici fiant. Addit privilegia, arborum finalium, derer Gränz- und Maal-Bäume, quas & Loch-Bäume, appellari, nos ex actis peregrinis didicimus, quippe quæ, ſine criminis termini moti nota, violari nequeunt, *vid. diſſ. C. G.* MULLERI, *de crimine Termini moti, Lipſiæ* 1752. §. 12, ubi textus C. C. C. aliique & DD. *ad tit. ff. ſpecialem.* Idem dicendum, qua poenales nempe ſanctiones, intuitu arborum, contra irruptiones aquarum, poſitas, plantatas, *vid. DD. ad tit. C. de Nili agg. non rump. add. l.* 10. *ff. de extraord. crim.* De privilegiis arborum hortenſium, etiam illarum, quas, amœnitatis & ſpaciandi gratia, plantari fecerunt prædiorum poſſeſſores, Principes, Republicæ, eccleſiarum præfecti, alii, vix eſt, ut diſſeramus. *Vid. t. t. ff. arbor. furtim caſ.* Arbores, tiliæ præſertim, in cœmeteriis poſitæ, juxta veterum principia, non plane inſana, rebus religioſis ſolebant annumerari. *vid. l.* 43. *ff. de R. N.*

## §. XVIII.

Sed maxime nobis, hac vice, placet admirai & excerpere providentiam Patrum patriæ Mecklenburgicæ, qua ſylvas & arbores, ob omni ævo, addita prudentia additisque cautelis prædiatoriis, minorum quorumvis bonorum patrumfamilias.

## §. XIX.

Illuſtre eſt ſpecimen & exemplum, in Hiſtoria Güſtrovienſi, ſpecialiſſime templi Cathedralis. *B. Fried* THOMAS, *in Analectis Güſtrovienſibus*, ex Panegyriſtis Ducis ULRICI & Conjugis ELISABETHAE *gl. m. Chytræo & Caſelio*, inter multas virtutes hujus refert ſequentia: *Accedit, quod ſylvas complures paſſim ſeverit, cum multa admiratione, quæ poſteritati, in hunc usque diem, vel ligna focis, vel trabes ædibus, vel malos navibus, vel etiam pecoribus glandes ſuppeditant. Montes & campos, arenarum cumulis obrutos adeoque frugum ſteriles & incultos, conſeri ſeminibus picearum*

*cearum aliarumque arborum plantis curavit.* Cogitetur von dem Primer und dem Dewinckel. *Leg.* COLERVS *noſter in Oeconomia Rurali, quæ ultima vice & aucta & caſtigata prodiit, Francof.* 1692 Pergit *Thomas: Ejusmodi Eliſabethano beneficio acceptum refert, cumprimis noſtra Güſtrovia, quod inde usque abunde ſibi proſpectum fuit variis ligni generibus: quæ enim ad Orientem verſus, intra primum ab urbe lapidem, longe lateque proſpicimus, pineta olim denſa, nunc indies rariora, provido almæ Principis conſilio poſteritati conſita ſunt ac plantata, adhibitis e ſcholaſtico hic cœtu, ad ſeminandum nobilioribus aliquot adolescentulis, quorum nomina adhuc in templo Cathedrali noſtro poſteriori altaris parti adſcripta & modo interpolata, reperiuntur. Ex quo tempore, in agro Roſinenſi, ubi principium ſeminandi fuerat factum, ſaxorum quædam moles, juxta viam regiam, data opera olim extructa, nunc autem injuria temporis fere disjecta, monumentum ejus rei præbuit.* Addit idem Autor, poſt fata omnibus bonis, etiam mihi ut præceptor, ad urnam venerandus, memorabilis, ſequentem epicriſin: *Quid vero cauſæ eſt, quin hodie vel pari conſilio, ſtudio,* (vellem vixiſſet hactenus & vidiſſet operasque ſtudiaque) *exemplo, noſtræ poſteritati conſulentes, arboreta ſeramus, vel ſata tueamur melius? Cur ad internecionem ita cædi, excidi conſitas olim ſylvas patimur? num poſthac vel nihil, vel parum ejusmodi rebus fore opus putamus?*

## §. XX.

Nemo, præter Catonem, vetat ſequentia, ad dictam hiſtoriam, excerpere.

*Omnis ille*, (ita Thomas) *ſeminandi proceſſus ita deſcriptus legitur, in dicto altari:* Es hat die Durchlauchtige, Hochgebohrne Fürſtin und Frau, Eliſabeth, gebohrne aus Königl. Stamme Dännemark, Herzogin zu Mecklenburg, Anno 1573, am grünen Donnerſtage, alle Plätze, bey Püßkow und Kirchen-Roſien, mit Tannen-Saamen, durch den Hauptmann, Gößlich Barner, beſäen laſſen und nachgeſchriebene Knaben, um Gedächtniß willen, mit dabey genommen:

David Hane, zu Damerow, von 14 Jahren.
Jochim Stralendorf, zu Goldbeck, von 14 Jahren.
Köne Kergberg, von Güſtrow, von 9 Jahren.
Detlof Gamme, zu Schwerin, von 8 Jahren.
Chriſtoffer Klevena, von 11 Jahren.
Lorentz Klevena, von 9 Jahren.
Daniel Stellmann, von 7 Jahren.
Melcher Stellmann, von 5 Jahren.
Johannes Grubenhagen, von 13 Jahren.
Jochim Schütte, von 9 Jahren.
Ulrich Krüger, von 9 Jahren.
David Praveſt, von 9 Jahren.
Baſtian Leupolt, von 8 Jahren.
Melcher Mollman, von 11 Jahren.
Chriſtoffer Mollman, von 9 Jahren.
Peter Tidemann, von 9 Jahren.
Nicolous Gieſenhagen, von 14 Jahren.
Jürgen Dunckelmann, aus Weſtphalen, von 15 Jahren.

B. THIELE in dem fünfhundertjährigen Alter, der Dom-Kirchen, in Güſtrow, p. 140. refert nomina puerorum, in terminis. Ingreſſus paulo aliter conceptus & inſertus eſt annus 1573. In fine ſubſcriptum: Renoviret, Anno 1705.

## §. XXI.

Nunc ſequamur ſeriem temporis, qua ordinationes illuſtres & exſcribamus tit. Ordinat. Polit. junioris. In antiquiſſima, quæ publ. anno 1516. ſ. t. Ordening, Statuta unde Settinge, dorch de Dorchl. — — Hern Hinrichen und Hern Albrechten, Gebröder, Herthogen tho Mecklenborch u ſ. w. nihil directi, ad hunc cenſum, legitur. Indirecte autem varia ſunt diſpoſita ad rubra: Van Buwen und Vorſorgnüſſe des Vüres: Van Gebuweten in gemein: Van den Gevlen an den Hüſen: Van Schünen: Van Vürſteden: Van Beſichtinge der Vürſteden: Van Reytſchop thom Vüre: Van Vürhacken, Leddern und Water vör den

den Dören: Wann Vür loß wert, wo ſolckes ſchöle gedelget wer-den. Omnia ſpirant ſummam providentiam. Sed expectentur plura inter inferius ſcribenda.

§. XXII.

Iuniorem allegavimus Ord. Pol. Meckl. quæ, ſalva interimiſtica, ex ſæc. XVII. eſt ex anno 1572, providentibus patriæ Ducibus gl. m. IOHANNE ALBERTO et VLRICO, Fratribus. Placet, propter vocum fidelitatem & earundem ſtructuram huc referre t. t. XIV. Vom Raden und Verwüſtung der Höltzungen. Nachdem, ita infit, wir auch augenſcheinlich befinden, daß die Pawern, unſere Höltzer und Wildbanen, übermäßig und ſehr verwüſten und verhauen; So wollen und ordnen wir, das unſere Amptleute, Vorſteher und Heydreuter, die Pawren anhalten, das ſie ſich befleiſſen, zu Erſparung des Holtzes, Stuben und Dornitzen zu bauen, den Winter darin ſitzen, und alſo das übrige Holtz, welches ſie ſonſten den gantzen Tag über, auf dem Herde verbrennen, erſparen mügen, auch ſonſten ihre Acker, mit überſchwencklichen groſſen Zeunen, zu befriedeu, gentzlich abſtellen und dagegen ein jeder in einem Jar, nach publication dieſer unſer Ordnung, umb ſeine Felder und Acker, Feldſteine ſetze, oder hohe Graben aufwerfe, und allenthalben, nach Gelegenheit, Weiden, Maſt- Obſt- und anderer fruchtbare und nützliche Bäume ſetze und pflantze, und wann die Pawern järlich die Pechte verreichen, wollen wir, das ein jeder insonderheit den Amptleuten Bericht thue, wie viel Bäume und Weiden er das Jar gepflantzet, und da etzliche in dem nachleßig und unfleißig befunden würden, ſollen ſie nach billicher Ermeßigung geſtrafet werden.

Sequitur periodus generalis de cuſtodiendo pecude, cujus paſtoribus injungitur, daß ſie bey den Maſtbäumen kein Feuer machen — — bey Peen 30. Marck Lübiſch. Pergitur, die Ziegen aber ſollen hinfürder, da ſie jemandt zu ſchaden gehalten werden, genzlich binnen einem Jar, nach Eröfnung dieſer unſer Ordnung, abgeſchaffet, und den Hirten allein drey oder vier (mandatur cuſtodia) zu halten vergünt ſein.

Es ſollen auch die vom Adel und Stedte des übermeßigen und ſchedlichen Radens, dadurch die Maſt und Grundholtz, auch unſere Lehngüter verwüſtet werden, gemeinen Nutz zum Beſten, auſſerhalb nottürftiger Verbeſſerung der Lehen und Güter, auch Zurichtung mehrers Ackerbawes, äuſſern und enthalten, ſonderlich dieweil befunden wird, daß die Grund- und Maſthöltzer von böſen Haushaltern, Leipgedings Inhabern, und deren Lehen auf den Fall der Eröfnung oder Succeſſion an uns, oder die nechſten Agnaten, ſtehen, und die ſich derwegen um die Nachkömmling wenig bekümmern, zur Ungebür verödet werden.

Es ſollen auch die vom Adel und unſere Amptleute, desgleichen auch die Bürgermeiſtere und Rahte in den Stedten, ſo eigene Höltzung haben, fleißig aufſehen, damit das Fewer und Brenneholtz, zu rechter Zeit, im Winter und im Wadel, oder abnemenden Mondten, gehauen werde, und die Uebertreter ſollen ſie derwegen ernſtlich ſtrafen.

Aliquid concernentis habet etiam Tit. 50. von Beſſerung der Brücken, Wege und Stege, in den Stetten und auf dem Lande. It. Tit incomparabilis & exaſciatiſſimus, 53. ſub rubro: Fewer-Ordnung.

## §. XXIII.

Influxit aliquid de opportunitate temporis, juxta lunæ cornua, vel circulum, vulgo der Wadel dicta. Suſpendimus iudicium, in cauſis ejusmodi phyſico-aſtronomicis *Vid. Calendarium noſtrum Meckl. jurid.* Legatur LEISERI *Jus Georg. p.* 483. *n.* 53. ICtus Legislator ſequatur majorum tradita, quoniam minores, ſive juniores, alia ſentientes nondum innituntur demonſtrationibus. Diſtinguatur, inter rectam & ſuperſtitioſam attentionem. Leo Imperator excuſationes ponit in opportunitate dierum œconomicarum: Nec omnis lex & omnis judex rigorem contra ſe excuſantes, tempore ſementis, exercebit. *Leg.* BIRNBAUMII *diſſ. de inſigni Phyſices in Jurisprud. utilitate, Lipſ.* 1721. Die Meckl. Executions-Ordn. de 1619. non vult

vult diſtingui, vid. verba: es ſey in- oder auſſerhalb der Sadelzeit. Eleganter, ad hanc cauſam, differit, B. CRELLIVS *in diſſ. de privilegio ſementis & ſeminum*, *Sect.* 6. Legantur verba: *Ne enim credas, minus momenti eſſe in ſementi, quam in meſſe & fructuum comportatione. cum præcipua ſpes meſſis diligentia factæ ſementis, maxime comprehendatur. Hoc agnovit potentiſſimus Saxoniæ Legislator* &c. Quæ idem Autor Sect. I. de proſpicientibus poſteritati per plantationes, tradit, venuſtiſſima ſunt.

## §. XXIV.

De capris diſponebat exerptum Ord. Polit. Liceat leges noſtras, de illis, directas & indirectas, quoniam ſunt diſperſæ per tempora varia & rectius ad filum unicum tractandæ, juxta operam, forte otioſam, ex parte recenſere. Etiam in aliis terris dantur edicta, capris inimica; Deglabrant enim arbores fruticesque & decerpunt ſummitates. Vid. LEISER. *I. Georg. Lib.* 2. *cap. ſpec. de capris.* B. L. haud ægre feret allegationem nonnullorum edictorum, contributionis indictivorum, una cum aliis, juxta ſeriem annorum. Habent, & hæc talia, penes meditantes, ſuos practicos uſus & cogitetur de bellis: Exigebatur igitur, quantitas ut ſequitur:

Anno 1626, für eine Ziege und Schwein 2 ßl.
— — 1682, ita: Von Ziegen oder Böcken werden, 3 oder 4 zu halten, hiemit freygeſtellet, alſo, daß ſie von jeden 3 ßl. 9 pf. geben.
— — 1683, 5 ßl. 7 ½ pf. die aber über der Zahl 3, 4, von jedem 9 ßl. 4 ½ pf. und vom Höyken 3 ßl. 9 pf.
— — 1686, 3 ßl. 6 pf. über der Ordnung, 7 ßl 6 pf. Hoycken 1 ßl. 6 pf.
— — 1688. 4 ßl. 6 pf. über — 6 ßl. Hoyken 2 ßl.
— — 1689. d. d. 15 Maji, absque numero, 4 ßl. 6 pf. Hoycken 1 ßl. 6 pf.
— — eod. d. d. 23 Nov. absque numero, 10 ßl. 6 pf. Hoycken 3 ßl.

— — 1690

— — 1690. 91. absque numero, 7 ßl. 9 pf. Hoycken 3 ßl. 6 pf.
— — 1692. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 700. absque numero, 7 ßl. 6 pf. Hoyckeu 3 ßl. 3 pf.

En! variæ fortunæ pecus. Anni deficientes ſunt remiſſivi.

Anno 1701, absque numero, Ziegen und Böcke, 9 ßl. 3 pf. Hoycken 4 ßl.
— — 1702, 6 ßl. Hoycken 3 ßl.
— — 1703, 1704, 10 ßl. Hoycken 5 ßl.

Ex anno 1704. eſt memorabile, quod inter 15 propoſitiones publicas, fuerit etiam caput, von der Abſchaffung, derer Ziegen. Remittebatur, ad ea, quæ anno 1701. deſuper erant tractata. Referens *B.* FRANCK *Lib.* 16. *c.* 19 *p.* 200, ita abſolvit: Es haben aber dennoch die Herzoge, einem und andern Prediger, weil die Ziegen-Milch ſonderlich zur reinen Sprache dienet, ſolches Vieh auf ihr billiges Anhalten, nachgegeben. Sit fides penes autorem, qui ampliſſimus atque lectu jucundus eſt. Medica hactenus non intelligimus.

Anno 1705, Ziege oder Bock, 14 ßl. Hoycken 7 ßl. Eodem anno inſertum: und weilen verlautet, daß die Prediger und Küſter auf dem Lande, wieder das edict, viele Ziegen halten; ſo werden ſie annoch zu deren Abſchaffung angewieſen. Idem repetitum, anno 1709. 1712. 1713.
— — 1705 dicto it. 1706. 1707. Ziege oder Bock 13 ßl 4. pf. Hoycken 6 ßl. 8 pf.
— — 1707 ſimpliciter prohibetur & relegatur hæc pecudis ſpecies; ſed 1708. 1709. 1710. 1711, 1713. 1714. 1717. 1718. 1724. absque numero ponuntur 16 ßl. & pro capreolo, qui 1718 vocatur ein Böcklein, 8 ßl
— — 1724. facta eſt diſtinctio, inter pagos & civitates; qua illos, uti ante; qua has, legitur: für eine Ziege, ohne Unterſcheid, 12 ßl. 1726. in terminis pariter.
— — 1727, it. 1734. 1735. in pagis, für eine Ziege, 17 ßl. für ein Hoycken 9 ßl. in civitatibus, ohne Unterſcheid, 12 ßl.

— — 1735,

— — 1735. 1736. 1739. extra ordinem, zur Reichs-Hülfe 1 ßl.

— — 1736. 1739. 40. 42. 43. in pagis. uti ante; in civitatibus, ohne Unterſcheid, 16 ßl,

— — 1752, ohne Unterſcheid, 24 ßl. Vid. omnino, more ſuo, id eſt, libere ſcribens, *B.* FRANCK, *Lib. XVI. p.* 147. 200. Sequentia edicta ſunt in recenti. Tantum, de uxoribus capris earumque olentibus maritis, ut ſcribit Horatius.

## §. XXV.

Promiſimus, qua edicta concernentia, ſervandum ordinem temporis. Sunt in noſtris receptaculis, valde multa, quæ ſingula recenſere, quia, in ſubſtantia, ad idem tendunt, vix eſt e re Lectoris. Non deerimus tamen, facere catalogum, modo præmiſerimus exſtantiorum ordinationum, ex annis 1702 1703. 1706. contenta.

Quod ad priorem, quæ eſt diei 16. Iunii, dicti anni, 1702 Sereniſſ. FRIEDERICVS WILHELMVS, gl. mem. ita diſponit: Fügen allen und jeden, ergo nemo excipitur, — —. Demnach wir gantz mißfällig erfahren, — — reprehenditur neglectus, Ord. Pol. et edictorum, de 1666. 3 Maji & de 11 Maji, 1685, item de 8 April. 1693. & pergitur: Wann wir aber ſolchen notablen landverderblichen Unheyl, aus Fürſtväterlicher Vorſorge — — bey Zeiten abgeſchaffet wiſſen wollen: Rationes, etiam a poſteritate, ſunt arduæ. Ponuntur amputantibus, für einer Eiche, 20 Rr. Büche, 12 Rr. Eichheſter, ſo Maſt tråget, 10 Rr. eines Arms dick, 3 Rr Buchheſter 4 Rr. ſalvis gravioribus. Das Anzünden, derer Heyden, &c. bey Leib- und Lebens-Strafe. Pergitur: als auch, in denen Höltzungen, immer gehauen und anſtatt derer gefällten Båume, nichts wiederum gepflantzet und eingeſetzet wird, ſo ſoll ein jeglicher Haus-Mann, an ſtatt eines Eichen- oder Büch-Baums, ſo ihm angewieſen, und von ihm niedergehauen, in ſelbigem Walde, oder einem füglichen Orte, ſechs junge Eichen- oder Büchen-Heſter, wiederum zu pflanzen ſchuldig ſeyn.

Gleichermaſſen auch kein Haußmann, auf dem Lande, zur Verheyrathung und Copulation ſol verſtattet und zugelaſſen werden, er kan dann zuforderſt beweiſen, daß er, im Dorfe, oder Amte, darin er ſich niederzulaſſen gemeynet, zehn Pate-Weyden gepflanzet und geſetzet habe; wie überdem, ein jeder Haußmann, jährlich ſechs Weyden zupflanzen hiemit angewieſen wird. Unterdeſſen ſol jedem Orts Prediger, auf dem Lande, auf das erſte, bey arbitrar-Strafe, achtzuhaben, kraft dieſes committiret ſeyn. Repetuntur edicta, antidhac emanata & vocatur, in epilogo, ſub clauſulis pœnalibus, ein perpetuirlich Geſetz.

§. XXVI.

Succedebat, eodem anno, poſt breve intervallum, nempe ipſis Calendis Julii, ejuſdem PATRIAE PATRIS, Schulzen- und Bauer-Ordnung, wornach ſich ein jeder, in denen Fürſtl. Amts-Dörfern, bey ſchwerer Strafe, zu achten, cujus paſſus concernentes fideliter, ita excerpimus; Mandatur nempe:

Nr. 3. Daß die Scheiden, Gränzen und deren Merckmahle, unverrücket bleiben, in der Jagd, harten und weichen Hölzungen, nicht der geringſte Eintrag geſchehen möge.

Nr. 9. Daß die tüchtigen Sohlen, von der Erde bloß, und auf Steine ſollen geleget werden.

Nr. 13. Daß die Unterthanen jährlich, zu rechter Zeit, gewiſſe Birn- und Aefel-Bäume paten und pfropfen, auch, von den groſſen braunen Back-Pflaumen, junge Bäume ſetzen müſſen.

Nr. 22. Die Brücken, Dämme, Wege und Stege im guten Stande zu halten.

Nr. 23. Daß ein jeder auf ſein Feuer und Heerd fleißig achtgebe, und kein Holtz oben dem Feuer truckene, κ. τ. λ.

Prodiit hæc Ord. repetitis vicibus & diverſis ſub inſcriptionibus item typis, quantitate differentibus.

§. XXVII.

## §. XXVII.

